



**D. Marcus Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia LIII. Et congregantur Apostoli ad Iesum, & renunciauerunt illi omnia, & quæ egissent, & quæ docuissent. Et ait illis: Venite uos soli in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Quid officij
defunctis ac-
beat impendi.

Genes. 3.
Ioan. 12.
1. Cor. 15.
Amos 2.

1. Cor. 6.
Ioan. 5.
1. Thef. 4.

mur preterea, qui defunctis impendi debeat. Nulla sit hic superstitiosarum ceremoniarum mentio, nec illos sancti viri ossa sue reliquias collegisse, aut eundem nescio qua Canonisatione inter Deos regulisse scribitur. Solius sepultura honorem ipsi impenderunt, cuius institutio ad Deum ascribitur. fertur, qui Adamo dixit: Terra es, & in terram reuertetur: quam item resurrectionis symbolum ex ijs facile patet, quae de hac ab ipso Christo apud Ioannem, deinde à Paulo quog. ad Corinthios dicuntur. Debemus ergo hanc quog. defunctis praestare, ne dum illorum corpora contumeliose abimus, inhumanitatis accusemur, vt Moabitae olim, quos Deus omni venia indignos dicit, eo quod ipsa regis Idumaei combussissent. Quod in Christianis hominibus eo magis obseruari debet, quatenus corpora Christi sanguine suo in rempla spiritus sancti consecrauit. Curandum tamen, ne superstitiosis exequijs & immodico luctu, vel Christi merito aliquid derogemus, qui in se credentes a morte in vitam transire ait, aut gentium similes reddamur, quae spem resurrectionis ignorant. Exiit Deus, vt vera fide illuminati, vitam huius cursum sanctè consummemus, & coronam iustitiae afferamus in Christo Iesu, cui debeat benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A L I I I.

Et congregantur Apostoli ad Iesum, & renunciauerunt illi omnia, & quae egissent, & quae docuissent. Et ait illis: Venite uos soli in dilectum locum, & requiescite pusillum. Erant enim multi, qui ueniebant, & abibant, ut ne cibum quidem capere uacaret. Et abstin deserunt locum nauigio seorsum. Et uiderunt eos abeuntes turbae, & agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus urbibus concurrerunt illas, & praeuenerunt eos, conueneruntq. ad illum. Et egressus uidit turbam multam Iesus, & misericordia commotus est super eis, quia erant uelut oves non habentes pastorem, & cepit illos docere multa.

Argumentum
& usus pres-
sentis loci.

Utm Apostolorum Iesu Christi legationem supra exposuisset Marcus, illi praecalam de mundo fors sit, & quantarum crudelitate tum astutia impij illos persequi soleant. Ne quis tantae doctrinae successu desperet, modò ad Apostolos reuersus, quid tam ipsi quam Christus fecerint, postquam Ioannes indigna morte sublatus fuit. Et Apostolos quidem ad Christum rediij, qui primum quidem illos humaniter exceptos quiete & otio sancto recreauit, mox uero magnum fructum ad docendi munus et miracula redijt. Vbi docetur, Veritatis doctrinam nullis tyrannorum uicibus impediri uel exingui posse, nec Deum unquam illorum studijs desursum esse, qui in eius propagatione fidelem operam nauauerint: id quod omnium seculorum exemplis iam inde ab ipsa mundi origine probatum est, & hic abundè patebit, si singulas huius loci partes paulò attentius inspiciamus.

Apostoli ad
Christum re-
uersi, illi om-
nia quae ege-
runt renuntiam.

Primò de Apostolis agit, qui cum à Christo uini essent emisti, & hactenus diuersi in loca cucuissent, ad Christum rursus congregantur, & illi omnia renuntiant, adeoq. rationem reddunt, quae fecerunt & docuerunt. Nam felici successu illos uisus fuisse, supra indicatum est. Vnde solationis plenum est, quòd licet Ioannem Herodes occiderit, non desunt tamen qui eandem doctrinam proponunt, in quos illi nihil licet, quibz fideliter suo officio functi, tunc ad Christum redierunt. Nec enim impiorum tyrannidi ita habenas laxat Deus, vt quiduis illis in quo suis licet, sed vt maris limites constituit, ad quos fluctus suos deponat, ita tyrannorum quoque furtores certis finibus coarctat, quos illi nunquam transgredi poterunt. Exempla eius rei passim in prophetarum & regum scripturis occurrunt, & eodem pertinet, quòd cum Christus à sacerdotum feruis caperetur, nihil illis in discipulis licuit, ipso nimirum dicente: Si me queritis, sinite hos abire. Quid, quòd cum Herodes Stephanus lapidatus esset, & persecutio grauis ecclesiam maxima ex parte dissipasset, Apostoli tamen in urbe intacti & illasi remanserunt, qui praeter alij periculo expositi esse uidebantur. Ergo consolatio argumenta petenda sunt, si quando impij Veritatis hostes ecclesiam totam uersuri uidentur.

Iob. 18.

Ioan. 18.
Actor. 7. 8.

At hic simul officij admonentur ministri. Non incerti vagantur Apostoli, sed à Christo emissi, ministrorum
 quod ille commisit predicant, & ubi hoc fecere, ad eundem redeunt, & illi sue functionis rationem verbi officium
 reddunt. Decet hoc omnes ministros, ut se à Christo missos esse intelligant, & proinde non incertis do-
 citentur vel seipfos vel alios circumducant, sed quod à Christo acceperunt, ecclesijs fideliter tradant. *Matth. 28.*
 Carent autem, ut ministerium suum Christo probare, & huic illius rationem reddere possint, nec cor-
 rupti & infelicis mundi iudicium curent, cui quotquot placere student (ut Paulus in propria causa *Galat. 1.*
 de semetipso pronunciat) ij Dei ministri esse non possunt, quando duobus dominis simul seruire im-
 possibile est. Adhuc ad Christum omnia sua referant, huic omnem sui ministerij effectam & gloriam *2. Cor. 3.*
 ascribant, qui solus nos idoneos reddit, & solus incrementum dare potest, sine quo frustra mini-
 stri plantant vel rigant, ut multis Apostolus docet. *1. Corinth. 3.* Sunt ergo Apostolorum multum
 dissimiles, qui pro suo arbitrio omnia faciunt, neq; ad reddendum rationem possunt adduci, interim
 vero rebus gestis perinde gloriantur, ac si suo studio & industria omnia confecerint.

Sed Christum videamus, qui Apostolos multo labore defessos in locum desertum secedere, & ali-
 quos quiescere iubet. Causa assignatur, quod tanta fuerit venientium & abeuntium turba, ut
 ne cibum quidem sumere illis vacauerit. Ad eò non terret populum Herodis tyrannis & indigna
 hominis mors, ut potius nouo studio & zelo erga illius doctrinam inflammatus esse videatur.

Est autem ingens humanitatis Christi argumentum, quod discipulos nihil tale petentes quie-
 scere iubet. Hinc enim patet, illum labores nostros simul & imbecillitatem nostram probe nouisse, nec
 his unquam negaturū respirandi et sese recreandi spacium, ut nouis laboribus sufficiant. Quod enim
 hic factum est, hoc ipsum passim publice & priuatum fieri consuevit. Facit hic quod cum propter pec-
 catum laboribus & curis assiduus humanum genus addixerit, sabbatum tamen instituit, quo & cor-
 pora à laboribus quiescant, & animi ex predicatione verbi & beneficiorum illius diligentiori medi-
 tatione consolationem accipiant. Similiter morbos nobis immittere solet & omnis generis pericula,
 quibus carnis nostrae lasciuia coerceat. At quia idem nos terram & puluerem esse nouit, interea
 suis consolationibus nos sustentat, nec ultra quam ferre possimus tentari patitur. Idem in publicis
 persecutionibus ecclesiae fieri videmus, quas laetis quibusdam vicibus temperat, ut respirare & nouis
 viribus confirmari possint, qui iam toti succubitari videbantur. Quod cum nostro seculo frequenter
 factum sit, non est, quod huic loco diutius immoremur.

Interim Christus suo exemplo officij admonet omnes eos, qui in alios homines aliquid iuris aut po-
 testatis habent, ne videlicet suos nimis laboribus enecent. Quicem enim laboribus diuturnis debent,
 ipsa natura docet, & eandem Deus in lege tanta diligentia commendauit, ut non modo seruorum &
 ancillarum, verumetiam iumentorum nos rationem habere velit. Quare non iniquum modo, verum
 etiam cum sacrilegio coniunctum est, si quod ipse Deus largitus est, tuis eripias. Curandum tamen,
 ut quies nostra sancta sit in Christo, quem tunc maxime nobis adesse oportet, ne caro à laboribus ne-
 cessario vacans in peccandi licentiam erumpat.

At ubi turba Christum cum discipulis nauigio secedere vident, mox illum pedestri itinere sequun-
 tur, & relictis verbibus tanta festinatione recūtur, ut illos praeueniant. Est hoc magni zeli argumen-
 tum, quod & domus suas relinquunt, et pedes veniunt, & tanta celeritate festinant. At tamen pro-
 bari non potest, quod non tam doctrina & aeternae salutis ergo, quam propter signa et priuata carnis
 commoda Christum secuti sunt, sicuti ipse illis apud Ioannem exprobat. Illorū ergo typum gerunt,
 qui nostro quoque seculo Euangelij amore & studio flagrare videntur, mox autem ubi se spe sua fru-
 strati vident, qua insignes honores, opes ingentes & impunem quiduis agendi licentiam animo con-
 sperant, turpiter desiciunt. Interim horum exemplo turpis & fida illa socordia arguitur, qua ele-
 ctis etiam se obrepere solet. Qui non nisi carnalia querunt, omnia deserunt, & quemuis laborem
 tam aeuum & insallibilem bonorum caelestium spem in Christo repositam habemus, adeo ignaui su-
 mus & corpidi, ut omnem laborem & omne periculum subterfugiamus. Quis vero non turpissimum
 factus esse dixerit, Christi seruos ab impuris satanae mancipijs studio & zelo superari?

Sed ad Christum redeamus, qui non minori humanitate erga populum, quam prius erga discipu-
 los ipse est. Primum enim ad illos egressus, ipsos amice excipit, ut Lucas testatur. Est hoc mirae fa-
 se uenientes

Christus Apo-
 stolos quiescere
 iubet.

Christi huma-
 nus & pater-
 nus erga suos
 affectus.

Psal. 103. et 94.
 1. Cor. 10.

Quies conce-
 denda est, qui
 labore suo de-
 functi sunt.
 Exod. 20.

Turbae Christi
 sequuntur.

Ioan. 6.

1. Christus ad
 se uenientes

humaniter ex-
cipit.
Luc. 9.
2. Christus po-
puli miseris
afficitur.
Matth. 9.
Hebr. 4. 5.
Matth. 21. et 15.
Ioan. 2.
1. Cor. 2.
Isaie. 53.
3. Christus do-
cet & sanat.
Matth. 14.

cilitatis indicium, quod nec superbe fastidit quos carnalia potius quam caelestia querere scilicet, non
in humaniter rejicit eos, qui ipsius & suorum quietem incedebant. Quis enim vel principum vel
monachorum hodie istud patienter ferret? Imo qui se Christi vicarios esse gloriantur, ne turpes po-
dem ludos suos relinquere volunt, ut salutis consilium querentibus succurrant. Deinde, illi
toto animo commouetur, eo quod instar ovium essent, quae pastore destituuntur: quem efficitur
quoque illi Mattheus iribuit. Hunc discamus, qualem habeamus Pontificem Christum: scilicet
rum, qui nostris infirmitatibus compati solet, & qui vel solo aspectu nostrae miseriae tangitur. In
lorum error confutatur, qui illius severitatem atque rigorem ita verentur, ut nescio quibus inter-
ribus nobis apud illum opus esse existiment. Atqui cum in terris esset, omnes laborantes & oneratos
recta ad se venire iussit, & idem tum discipulos tum Virginem matrem pro aliquibus intercedente,
duriuscule reiecit, ne quam superstitionis & erroris occasionem praeberet. Quae igitur ratio non videtur,
ut in caelis ad dextram patris sedentem ingenium suum mutasse, & ex mansuetio nimis durum & in-
exorabilem factum esse putemus? Observatis autem hoc loco, quae nam sit populi conditio, quae dicitur
ribus fides & saluari Veritatis doctrina destituitur. Eadem nimirum, quae ovium pastorem & in-
rium. Oves autem natura stolidissimas finxit, adeo ut nisi pastorem ipsas ducentem & discedentem
habeant, ipse sibi non quicquam consulere possint. Nam & gregem deserunt, nec ad illum sua pecora
revertuntur, & ita semetipsas lupis dilaniandas propinant. Ad eundem modum homo animalis
non percipiat ea quae sunt spiritus Dei, instar ovium à via salutis aberrat, et ubi semel aberravit
sectum illecebras secutus, non redit unquam, nisi Dominus ipsum per verbum suum redierit,
cuius praedicatione hominum ab se delectorum ministerio vertitur. Quibus quorundam destitutum
instar dispersarum ovium, diaboli insidias patent. Qui eò infeliciores sunt, si hanc suam miseriam
agnoscunt, & doctores fidos oderunt, illis, una cum doctrina extinctos cupiunt, quales omnibus sa-
lis multi fuerunt, & hodie passim inveniuntur, qui à lupis potius devorari, quam Dei verbum
pasci volunt. Tercio multa illos docuisse dicitur Christus, & quidem de regno Dei (ut Luc. 10. 10.
bet) veram nimirum illius consequendi rationem tradens. Doctrinam vero suam (ut idem dicitur
Matthaeo restatur) miraculis confirmavit, dum omnibus qui male habebant, clementer iudicantia
nimirum doctrinam suam salutarem esse ostendens, ut quae in ipso veram tum corporum tum animarum
salutem nobis offerat. Vbi praeter Christi fidem & industriam, videre est, in qua & veram
Euangelij doctrina haberi debeat. Misereatur horum Christus, & haud dubie beneficium sanctorum
in illos conferre voluit. At cum in presenti nihil praeter Euangelij doctrinam miraculis confirma-
tam conferat, hanc summi beneficii loco habendam esse ostendit. Praeterea quis dubitet, Dei suam
ei rei potissimum vacavisse, quae & sanctissima est, & hominum salutem maxime servit? At cum
docendo assiduum fuisse, nec quicquam aliud frequentius fecisse legimus. Quare doctrinam ipsius
sanctissimam & saluberrimam esse fateamur oportet, nisi ipsius Christi morem & institutum im-
bare libeat. Agnoscamus itaque illius fidem & studium, quo non minus hodie salutem nostram quaerit
& provehit. Audiamus in Evangelio loquentem, & illum fidesimum pastorem sequamur, ut in
gis ipsius unitatem collecti, in ipso vitam & salutem obtineamus aeternam. Ipsi debetur benedictio,
honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A L I I I I

Cum autem iam multus dies esset, adierunt eum discipuli eius, di-
cetes: Desertus est locus, & iam multus dies est. Dimitte eos, ut digressi
in circumiacentes agros et vicos, emant sibi panes: nam quod edant, non
habent. At ille respondens ait eis: Date vobis illis quod edant. Et dicunt
illi: Num profecti emamus ducētis denarijs panes, & demus illis quod
edant? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Abite & videte. Et cum co-
gnovissent, dicunt, Quinque, & duos pisces. Tunc praecipit eis, ut dis-
cumbere facerēt omnes sigillatim per conuiuia super vitridi gramine.
Discubuerunt igitur sigillatim per areolas centeni & quinquageni. Et
acceptis